













1739.

1. Meff, Franciscus. De praevariatione

1740

Memoriam, Franciscus Christianus: De heretis Cane  
rae Imperialis extrajudicialibus.

1761.

Meff, Franciscus: De dis dicta sine resignatione  
vel renuntiatione

1771.

Müller, Joann. Theodorus: De legitimis stemmatum  
genealogicorum usu et prohibitione

1772.

Schmidt, Antonius: Vindiciae adversus responsiones  
a Johanne Febronio variis locis institutionum juris eccl  
siae . . . oppositas.

1774.

Müller, Joann. Theodorus: De jure detractor

UNIVERSITÄT



1775

1. Wedekind, Georgius Josephus: De jure coeundi cum  
prebendo in jure circa sacra.
2. Wedekind, Georgius Josephus: De non restringenda  
superioritate territoriali

1782.

1. Eberstein, Carolus, P. B. <sup>ab</sup> de: De qualitate religionis  
votorum in coenatiis
2. Müller, Dominus Thaddeus: De consensu feudali

1786.

Programm de celeberrima quondam bibliotheca Heidel-  
bergensi, quo solennia legibus sacra . . . illisque  
. . . praesententem orationem: de documentis Reperituris<sup>5</sup>  
quae possunt Tabulam acced. non hoc anno 1776 sed<sup>1</sup>  
Jannu. a. 1786 esse celebrantem, et sic indicant  
rector et senatus acced. Heildelbergensis



1793.

Zentner, Georg Friedrich: De differentis varium semper  
viri ac domitii comitum effectibus in regionibus torrens-  
positis

UNIVERSITÄT



*[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely a historical document or manuscript.]*





14

DISSERTATIO  
JURIDICO-ORDINARIA  
AD  
TIT. IV CONSTITUT. PROVINCIAL.  
ARCHI-PALATINAE  
DE  
**JURE DETRACTUS**

16  
6

P. 104.

QUAM  
UNA CUM SELECTIS POSITIONIBUS  
ADSPIRANTE DIVINO NUMINE

IN  
ALMA, ET ANTIQUISSIMA ELECTORALI PALATINA  
UNIVERSITATE HEIDELBERGENSI

*PRAESIDE*

JOANNE THADDÆO MÜLLER, J. U. D.  
SERENISSIMI, ac POTENTISSIMI ELECTORIS  
PALATINI CELSISSIMI REGIMINIS CONSILIARIO,  
EJUSDEMQUE UNIVERSITATIS PANDECTARUM  
PROFESSORE PUBLICO, ET ORDINARIO

AMICIS DISPUTANDAM SUBMITTIT  
BENEDICTUS FRIDERICUS ALBERTUS MIEG.  
PALATINO-HEIDELBERGENSIS

IN  
AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI  
ADDIEM 28 JULII ANNO R. S. MDCCLXXIV.

MANNHEMII, TYPIS ACADEMICIS.

KONFRIED  
UNIVERS.



„ Magnum virtutis principium est, ut discat paula-  
„ tim exercitatus animus visibilia & transitoria primum  
„ commutare, ut postmodum possit derelinquere. De-  
„ lieatus ille est adhuc, cui Patria dulcis est: fortis autem  
„ jam, cui omne solum patria est: perfectus vero, cui  
„ mundus exilium est. „

HUG. de Sanct. vict. in Didaf. lib. 3. cap. 2.

„ O Amatores mundi! cujus rei gratia militatis?  
„ major non esse poterit spes vestra in mundo, quam  
„ ut amici mundi sitis. Ibi quid, nisi fragile, plenum  
„ periculis, & per quot particulas pervenitur ad majus  
„ periculum? pereant hæc omnia, & dimittamus hæc  
„ vana & inania? conferamus nos ad solam inquisitio-  
„ nem eorum, quæ finem non habent: vita hæc misera  
„ est: mors incerta subito obrepit: & post hæc negli-  
„ gentiæ poena supplicio luenda est. „

S. AUGUSTIN lib. confess.

DIS







DISSERTATIO  
JURIDICO-ORDINARIA

AD

Tit. IV Constitut. provincial. Archipalat.

DE

JURE DETRACTUS.

§. I.



Quemadmodum olim familiae segrege securi-  
tatis causa vinculo quodam vel nexu mo-  
rali se se unierunt, gentem, Remque publicam constitue-  
runt, Rectorem sui, sive patrem publicum & commu-  
nem, quatenus communis efflagitabat vel necessitas vel  
utilitas, sibi adrogarunt, ita non poterant non simul in  
eum omnem eam potestatem, omniaque illa media, sine  
quibus finis unione intentus non haberetur, transferre:

Fortunæ  
subdito-  
rum pro bo-  
ni commu-  
nis ratione  
Principis  
subfunt di-  
spofitioni.  
Unde

A 2

omni-



omnibus cum superiore unus intellectus, una voluntas, una anima esse debet; omnibus unus idemque est finis; potest itaque gentis Rector, si finis publicus exigat, filiorum, nempè suorum inferiorum actus, sive fortunas, sive quidquid respiciant, moderari, libertatemque restringere.

## §. II.

Fatemur quidem liberum ac ingenuum civem nexu modo solubili suæ in regula Reipublicæ ligari, neque invitum testibus *l. 12. §. 9. ff. de captiv. Recess. Imp. ann. 1555 §. 24.* detineri, Reipublicæ tamen non nihil interest hanc emigrandi licentiam odio quodam aut onere molestari, ac damnum ex facultatibus societati nostræ, fiscoque subtractis emergens cessansque lucrum, præcipuè adversus eas civitates, ex quibus sine decremento transitus ad nostram non licet, compensari. Neque *MEVII Lib. 1. ad Jus lubec. tit. 2. art. 2. n. 69.* LAUTERBACHII *de domicil. Cap. 9. §. 60.*, RHETII *de Statu subjct. in German. Cap. 5. n. 16*, HERTII *de subjct. territor. §. 21 doctrina, posse emigrandi potestatem contraria consuetudine aut statuto tolli*, vel hodie reprobata, imo, ceu omnibus constat, imperialibus circulis adprobata, nullique sine Principis indultu abire fas est. Patriæ nostræ hanc doctrinam placuisse prius, inde colligimus, quia AA. Joannes Wilhelmus ann. 1697. Palatinos ob funestissimum bellum gallicum profugos sub poenâ amittendorum bonorum adesse jussit, ann. 1703. die 13tia Februar. sub eadem confiscationis bonorum poena alienum sequi martem prohibuit

Pa-

I. Funda-  
mentum ju-  
ris detra-  
ctus.



Palatinis. Quomodo hæc subsisterent, ni ex antiquissima Archi-Palatini populi consuetudine sine impetrata prius venia, deferere patriam crimen fuisset? Quemadmodum civium personæ ad Republicæ salutem, utilitatem Re-ctori subsunt, ita quoque eorundem fortunæ ejus imperium defugere non possunt: gloriosiss. recordationis Carolus Philippus die 18va Februar. ann. 1741. jussit Italos, Brabantinos, exteros furnorum purgatores domicilium hic aut figere, aut sacramento, quantum æris signati in patriam suam emiserint & aperire & abire. Patriæ nostræ Pater immortalitate dignissimus, Serenissimus Archi-Princeps ac Elector Carolus Theodorus die 21ma Maji ann. 1749. iisdem exteris civitate & domicilio donatis sub amittendæ civitatis pœna uxores ad se recipere imperavit. Tanti interest providi gubernatoris divitias domo non efferri. Consentiunt *Recess. Imper. ann. 1555. §. 24. ann. 1594. §. 82.*

### §. III.

Scripsimus modo: *præcipue adversus eas civitates, II, Retorfio, ex quibus sine decremento transitus ad nostram non licet.*  
 „ Quis enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse „ aliis dixit, vel dici effecit? „ *L. 1. pr. ff. quod quisque juris.* Loquitur id aut conservanda aut reparanda æqualitas: Non est jure minor populo A populus B. Quid vetet eandem legem æqualitatis causa adoptare, & adversus populum A eadem uti? Non pugnabimus auctoritate DD. STRUVII DE *vindict. privat. cap. 11. aphorism.*



22. LYNKERI *cent. 3. resolut. 226.*, THOMINGII *decis. 26.*  
 Serenissimus Legislator noster *cit. tit. §. 3. vers. fürs*  
 *dritte, & vers. und soll solche Nachsteuer, juste ita*  
*statuit. Abit ingenuus sine diminutione in civitatem,*  
*quæ suos ita ad nos accedere permittit. Confer. SECKEN-*  
*DORF teutscher Fürsten: Staat part. 3. cap. 2. n. 13.*  
 ILLUST. CRAMER *Wetzlar. nebenst. 6. Theil I. Abhand.*

## §. IV.

Dantur in Germania homines proprii: Fortè olim  
 Clodovei, Francicumque imperium refugientes, sæpius  
 III. Condi- excutientes, tandem debellati, Romanorum exemplo,  
 tio fervilis, excutientes, tandem debellati, Romanorum exemplo,  
 servitute quadam cõerciti, armis, honoribusque detractis  
 servi regii facti. LEHMAN *chron. spirens. Lib. 2. cap. 20,*  
 SPEIDEL *in Spec. var. obs. in verb. Leibeigene Leuth,*  
 TRITHEM. *annal. Franc. lib. 1. STAM de servit. personal.*  
*lib. 31. cap. 1. de quibus tot loquuntur diplomata: Potuit*  
 Dominus illos cum liberis & fortunis alienare, nuptias  
 eorum prohibere, adquisita sibi retinere, agris, vineis, do-  
 mibus censum imponere, fugiti vospersequi, ubi ubi laten-  
 tes vindicare. Nemo mirabitur, si Dominus quoddam ma-  
 numissionis & transferendarum facultatum & donum, &  
 partem accipiat! de hoc hominum genere in fine agemus:  
 Serenissimus in fine *laud. constit.* hujus census mentionem  
 facit. Confer. *pac. Osnabrug. art. 5. §. 37. pac. relig. art. 11.*



## §. V.

Fundamenta juris, de quo agimus, vidimus. An ex territoriali superioritate illud fluat, vel jus *regale* sit? An ad regalia referatur? disputant. Qui distinguunt inter objecta territorialis superioritatis, & inter ipsam illam superioritatem seu *facultatem ordinandi regionem libere & nomine proprio competentem, quatenus majori Reipublicae non est adstricta*, ad regalia id referunt. Olim regale jus fuisse non dubitamus; Imperator Fridericus ann. 1464. civitati Norimbergensi, Maximilianus Imperator ann. 1570. Francofurtensibus illud concesserunt. Augusta, Spira Nemetum eodem Jure illud exercuerunt. Videatur *ÆN. SYLV. vit. Frid. III. subj. p. 283. privileg. Francof. part. 2. pag. 428. GAIL. Lib. 2. obs. 36. n. 10.*

## §. VI.

Territoria, Imperio via electionis delato, magis ac magis propriae possessionis esse coeperunt; Imperii Principes jura olim regia consecuti, tot legibus imperii publicis, In Imperio nostro territoriali superiori vindicatur. *INST. PAC. OSNABRUG. art. 8. §. I. CAPIT. NOVISS. art. I. §. 9.* firmati, atque insigniti sunt, *art. 5. PAC. OSNABRUG. §. 37.* hunc ipsum detractum proceribus competere, evidenter supponit: "vel decimationibus substantiae secum, exportatae, plus aequo extensis praegraventur., Idem ex pace religiosa *art. II.* perspicitur: "& quantum pro consuetudine, & antiqua cujusvis loci observantia, nomine tributi pendi solitum, sine cujusvis impedimento, concedi, & permitti debet., Sensim & per spiramenta temporum superioro-



rrioritas territorialis processit. Archi-Principes tamen argumento diplomatis a Friderico I Imperatore Austriacis concessi jura territorialia retro dudum habuerunt: Dux Austriae hoc imperiali codicillo his, conditione, juribus territorialibus par efficitur, necessario inde sequitur, hos Archi-Principes eadem jura jam jam olim habuisse. Confer. *infra* §. 20. Alii ante alios, serius alii superioritatem hanc obtinuerunt. Jus hoc detractus hodie quaedam hujus imperii sive superioritatis pars integrans est. Archi-Palatinarum Princeps Elector *laud. tit.* ut legislator, ut Rector populi, ut territorialis superior constituit.

## §. VII.

Non aliis inferiori jurisdictionem habentibus.

Prono inde fluit alveo, jus hocce nulli nomine, jureve proprio, nisi territoriali superiori competere, optime docet ERTEL *prax. aur. von der Niedergerichtbarkeit lib. 1. cap. 29. obs. 1.* hunc censum territoriali superioritati non vogtaicæ jurisdictioni solvendum, sed verum superioritatis esse documentum. Provocatur iterum iterumque Recessus imperii duplex *ann. 1555. §. 24. ann. 1594. §. 82.* & juris germanici cultorum regula: *cujus est collectas, ejus est hunc censum exigere*, vid. ENGAU *jus german. lib. 2. tit. 34. §. 509.* illustres tamen Palatini in Satrapia Dilsbergenfi jurisdictionis inferioris, vulgo vogtaicæ domini, testante clementissimo rescripto die 30. Martii 1758. medietate hujus gabellæ ex manu præpositi Palatini accipiendæ sunt donati.

## §. VIII.



## §. VIII.

Si, quod domicilium, fortunasque in aliam civitatem transferentes desertæ Reipublicæ quandoque relinquere aut solvere moribus vel lege jubentur, *censum emigrationis*, id vero, quod legatis, hereditatibus, donationibus mortis causa, doti, donationi propter nuptias, aliisque lucris exportandis deducitur, *deductionem* nominare placeat, non repugnabimus, litem de nomine nulli moventes: utriusque idem finis, eademque est justitia. Germani utramque præstationem, *Abzug, Abfarth, Abschoss, Nachsteuer*, & quandoque a quota *zehenden Pfemning* nuncupant.

Varia deductus acceptio.

## §. IX.

Est autem jus hoc *potestas, ab emigrantibus domicilium, & divitias in alterius ditionem e nostra transferentibus quid exigendi aut retinendi supremo in Republica nomine proprio competens*. Hujus folius est inferiorum actus metiri, de utilitate, damno, necessitate, respectu ad rempublicam habito cognoscere, vectigal invitis imponere, de lege aliena statuere: in hunc ex idea rectoris omne jus est translatum, territorialis superior est. Aliis quandoque, si deductus competat, ex concessione Principis, necesse est, ut habeant. Nec aliud supponit *totus Titulus constit. Palat.*

Quid est jus deductus, & cui competit?



## §. X.

Monita  
quædam  
circa statu-  
tum, quo  
detractus  
specificè  
imperatur.

Ex dictis & illud consequitur, non semper publicam necessitatem, aut utilitatem ad exigendum hoc pensum urgere Principem, sed emigrationis, commerciorum libertati quandoque favendum esse, imo nisi lex aut consuetudo, atque sic Principis declarata voluntas existat, manet libertatis indubia possessio. Unde monita quædam notantur. I Cujusvis Provinciæ consuetudo, constitutio, pacta Principum, privilegia horumque usualis interpretatio attendi debent. II Statuta detractum præcipientia, ceu antecedenti libertati adversantia in dubio stricte, nec ultra casus expressos sunt extendenda, si dubium sit, an lex existat, pro libertate decidendum, ita quoque dum prudenter dubitatur, an hic aut ille casus in lege continetur, libertati eatenus antecedenter certæ est deferendum. III Statutum loquens de hereditatibus, legata, donationes mortis causa non continet: differunt Tituli universales a singularibus, quod attinet civiles eorundem effectus, disparque est ratio. Unde IV lex aut consuetudo de legatis, donationibus inter vivos, aut mortis causa, dote, donatione propter nuptias, aliove singulari titulo disponens, ad successione vel testamentariam vel legitimam trahi non debet. V Ubi de immobilibus statuit, mobilia non continet, & vice versa. Auctoritatem juris consultorum omittimus. Probat hæc sana, vera morum Philosophia.



## §. XI.

Libertati Palatinorum indulgentissime favet clem-  
tissimus Nomotheta noster: detractum non nisi retorquens  
exercet contra abiturum, divitias in ditionem eam ex-  
portaturum, ex qua sine detractu nemo, nihilque eo ex  
titulo ad nos pervenit. §. 3. *vers. aber alle diejenige*  
*nostrae constit.* Agnoscit, germanum, ubi urgens Rem-  
publicam ratio pro circumstantiis temporum aliud non  
jubet, decere libertatem. Vicinus Serenissimus Badensis in  
Statutis ann. 1710. Durlaci editis *part. 4. tit. 7. §. 1.* eandem  
Palatinam adoptavit legem. Neque Serenissimus noster  
talionem æmulatur, sed vel libertatem pactus est & pacisci  
in futurum non excludit: *oder nachmahls Vergleichhen*  
*mögte §. 2. dicti tit.* Elenchum ann. 1600. die 16ta Octo-  
bris inferioribus transmissum vide in *append. lit. A.* cui  
addimus: ordinis Teutonici homines, & Palatini inter se  
plena immunitate gaudent: Constitutio 6ta 10bris 1748.  
confirmat pactum ann. 1610. initum, ann. 1613., ann.  
1668. & iterum 17ma Augusti ann. 1725. confirmatum.  
Episcopi Spirensis subditi ingenui ex nostra Rheni parte  
cum Palatinis & vice versa sunt quoque immunes. Si  
proprii sint homines, a Domino manumissionem impetrare  
debent. Vid. conventio gna Julii ann. 1709. Incolæ juris-  
dictionis Academiae nostræ & Electorales ad se invicem  
domicilium cum fortunis, vel fortunas tantum transfe-  
rentes huic vectigali non subjacent, teste sacratissi-  
mo codicillo *die 22da Martii ann. 1738.* dato. Plures,  
quantum extrajudicialiter scimus, sunt hujus generis

In Electora-  
tu nostro  
non, nisi re-  
torfionis Ju-  
re, excer-  
tur detra-  
ctus, unde  
tot cum vic-  
cinis terra-  
rum Domi-  
nis conven-  
tiones.



conventiones. Sed proh dolor! Sæpius iterumque rogantes illas frustraneo conatu conquifivimus: Possessores arcana volunt, quæ publica esse deberent: interest noviora in statuto, aut non contenta, aut immutata Archi-Palatinorum jura in Scholis doceri Palatinos juvenes.

Quem morem & alii Principes sequuntur.

Secutus est Serenissimum nostrum magnæ Britanniaë Rex, ceu Elector Hannoveranus ann. 1733. Vult exercitium in eos solos, qui idem adversus Electorales exercent; Non usum pacto cum Rege Borussiaë inito obtinuit intuitu Electoratus Brandenburgici, Ducatus Magdeburg, Principatuum Halberstatt, Minden, Comitatus Ravensperg, Bruinsuico-Wolffenbüttelani, Ecclesiarum Osna-brugensis, Monasteriensis, Quedlinburgensis cum adpertinentiis, Comitatus Stolberg, Hildesheim, Civitatum Nordhusæ, Mühlhusæ, Duderstadii. Pro sola vigesima pactum continet terras Saxo-Gothanas, Weimarienses, Eisenacenses, Mecklenburgicas, Strelizences, Haffo-Homburgicas, Schwarzenburgicas, Rudelstad, Sondershusam, Ahrenstad. Decimam spondet Ecclesia Paderbornensis, Haffo-Cassellanus, Harmstad, Waldeck, Oldenburg, Lubeca, Goslaria. Edictum ann. 1707. die 11ma Aprilis omnem detractum abrogat inter Ducatum Magdeburgensem, Wolffenbüttelanum Marcho-Brandenburgicam, inter Principatus Halberstadiensem & Mindensem, inter comitatum Ravenspergenssem.



## §. XII.

De eo, quod particulari quarundam ejusdem Principatus civitatum jure, aut consuetudine Domicilium mutans, ac in aliam ejusdem territorii universitatem transferens, derelictæ civitati solvit v. g. Mosbacenses in aliam Palatinam communitatem cum fortunis emigrantes civitati Mosbacensi partem quandam solvere debent, hic non loquimur: Hæc detractio cum jure detractus, superioritatis territorialis sequela commune non habet. Ex data §. 9. definitione constat, quod, si fortunæ, hereditas, aut aliud ex lege, vel consuetudine, in aliam ditionem non transferantur, omnem detractus cessare rationem: Manet substantia in eadem Republica, eidemque servit; Collectas, cæteraque civi incumbentia præstat. Quid superiori tollitur, ubi bona in eodem territorio manent? Assertum nostrum evidentissimè probat Serenissimus noster, idemque aperte decidit §. 1. sæpius *laud. constit.* Deterioris hac in re conditionis sunt alii. Vid. KNIPSCHILD *de civitat. imper. Lib. 2. Cap. 20. n. 25*, ZEPPER *ad ordinat. polit. Anhalt art. 18.*

Qui in eadem ditione ab una civitate in aliam migrat, domicilium & fortunas transfert, ex Statuto nihil solvit Fisco, licet quandoque universitati derelictæ quid solvere debeat.

## §. XIII.

Major est in ingenuum ingenuamve Palatinos Electoris nostri clementia: Quidquid civis vel filio, vel filiæ, aut hic, hæcque in dotem, aut donationem propter nuptias quacunq; in ditione, etiam jus detractus adversus Palatinos exercente, contractas aut contrahendas, modo

Dos justa, donatio propter nuptias jure nostro immunes sunt, nisi fraus subit,

B. 3

nulla



nulla fraus subfit, concedit, aut secum exportat, hunc censum non præstat. Ita clarissimis terminis §. 3. *pr. d. t.*, ita contextus, ita indoles oppositionis ostendit. Scripsimus I *in ingenuum, ingenuam*: Nam de propriis hominibus, & eorum jure hoc in argumento quodammodo utentibus Judæis infra agetur. Scripsimus II *si nulla fraus subfit*: Hac sub ratione ubi totum patrimonium aut maxima ejus pars in eam provinciam, quæ Palatinos hoc censu torquet, exportaretur, aut nuptiæ simularentur, parensve domicilium se retinere diceret, revera tamen descendens constitutum aut constituendum nuptiis forum sequi animo decrevisset, tunc aut Inventarium conficiendum, Fiscoque edendum, ne fraus detractui fiat, aut pro re nata juramentum, quandoque utrumque præstandum veniret; impius omnique favore indignus est, qui eo in præjudicium juris Principi clementissime faventi competentis fraudulenter & contra Legislatoris intentionem pessimè abutitur. Confer. §. 17.

#### §. XIV.

Usus juris  
detractus in  
Electoreatu  
Palatino.

Unicum Palatinæ constitutionis fundamentum est evidens retorsionis æquitas §. 3. *vers. aber all diejenige & v. und soll solche Nachsteuer l. t.* Unde deducitur I sive exteri legatum ex testamento, sive codicillo hereditatem ex elogio ultimo, aut lege consequantur, & suam transferant in Rempublicam; II Sive domicilium & patrimonium in alterius ditionem transponat civis; III Sive patrimonium in im-sive mobilibus consistat, detractui locum



cum esse. IV Tantum à nostro Fisco detrahi, quantum detrahatur nostris ut ad nos accedentibus vers. und soll solche Nachsteuer in verbis oder als viel dieselb Obrigkeit &c. Quæstiones plurimæ ab aliis hic moveri solitæ v. g. an feudalia? Emphyteutica? Fideicommissa conventionalia? Hereditates as-& descendentium? Mobilia? Legata ad pias causas? Donationes mortis causa? Donata inter vivos? Dotalia, dum, unde venerunt, referuntur? Bona tributis libera? Bibliothecæ? Detractus materiæ sint? Palatinis extra orbitam vagantur: Vel enim Respublica alia hisce detrahit vel non? Si primum: quid æquius, quid rationi convenientius, quam & Fiscum nostrum detrahere æqualitatis causa! Si secundum: Prohibet clementissimus Legislator noster detractum §. 2. t. cit.

### §. XV.

Diximus detractus fundamentum esse retorsionis æquitatem. Addit Serenissimus Legislator, & retorsionis sive læsionis metum. Ex quo porro concludit justissime, emigrantem cum fortunis v. g. in ditionem alterius, aut subditum ejusdem regionis in Palatinatu heredem aut legatarium, hereditatem, legatumve domicilio suo illaturum, evitandæ inæqualitatis ergo documentis minimè dubiis probare debere, nullum sua in ditione obtinere detractum, aut vigere quidem, sed usum ejus adversus Palatinos jam jam ante præsentem casum reciproca, publica que conventionione, facto stabilita sive impleri cœpta esse sublatam: ita §. 2. in verbis *kein Nachsteuer einnehmen*

Quæ probanda sint immunitatem afferenti & quare?



men . . freyen Zug gestattet . . sich mit uns verglichen. Quæ documenta singulari Satrapiae protocollo annotare, atque etiam tabulario inferre, nec non, suadente forsitan dubio & necessitate, relatione sua Serenissimi mentem aut consensum expetere officiales jubentur §. 3. v. damit auch unsere Amtleuthe. Ratio horum omnium patet ex clementissimo rescripto die 16ta 8bris ann. 1600. vid. *subj. A.* Sunt etiam, qui a conventionione vel recefferunt, vel eam in usum non deduxerunt, sed adversus Rempublicam nostram jus detractus exercuerunt, & tamen ubi casus ipsos contingeret, immunitate gaudere volebant. Sic Nicrosulma, obstante licet pacto publico, adversus Palatinos usa est detractus vid. *adj. B.* Nobiles de Gemmingen contra pactum sua solius interpretatione adversus Palatinos restrictum detraxit, pro se vero idem pactum valere voluit *adj. C.* Wormatia conventionem ann. 1611. §. 6. violavit, detraxit, retinuit. Vid. ord. celsiss. Regiminis die 17ma Martii 1745. atque, quod subaudimus, idem contigit ex parte Principatus Spirensis intuitu subditorum ex hac Rheni parte morantium. Quis jam indignabitur, si cautè Palatinorum conditionem apud exteros inquiramus, nec nisi memoratis rite ostensis immunitatem concedamus! Frustra quis postulat fidem ab eo servari, cui fidem praestitam ipse servare recusat. *cap. 75. de reg. jur. in 6to, cap. 3. de jur. jurand. l. 21. Cod. de pact.* Ubi lex detractus viget, sitque solus non usus negativus, clamant re-torsionis regulæ detrahendum esse: Sufficit Palatinos casu eveniente aliud sperare non posse.



## §. XVI.

Occasione horum occurrunt variæ artes, queis de-  
tractum effugere conantur debitores. Artium quædam  
sunt licitæ, improbæ quædam. Ad licitas referimus I  
si extraneus heres aut legatarius immobilium quodammo-  
do civis habetur: Tributa pendet, reliquaue fert onera,  
bona non exportantur.

Artes quæ-  
dam evitan-  
dæ detra-  
ctionis lici-  
tæ.

Objici hic nobis posse cogitamus, fructus exportari,  
indeque Reipublicæ, in quâ sunt nati, fieri damnum. Et  
fatemur, si iusta sit ratio, omnem frugum evectionem e  
Republica a superiore prohiberi, secus libertatem com-  
mercii non esse stringendam docemur: si falus aut utilitas  
publica civi domicilium habenti permittat evehere fruges,  
cur nefas sit in casu nostro?

II Si extraneus heres, aut legatarius in domicilio  
defuncti aut eadem superioritate territoriali civitatis jus  
impetret, ibique domicilium figat, non fingat. Nec sic  
Reipublicæ interesse periclitatur: Jam verus civis est.

III Si heres civis, coheres extraneus in vera maneat  
familiæ communiõne; Nihil eousque exportatur; annuum  
aut menstruum præstatur vectigal; præstantur cætera.  
Hæc etiam de legatario, collegatario ob easdem rationes  
dicuntur. IV Pactum cum Fisco initum certam, per  
averfionem quantitatem ubi determinat, hæcque præsta-  
tur. Quid fidum Domino prohibet pacifici Fiscum?

V Si prædia in diversis dominatibus sint sita, & divisio  
inter heredes ita fiat, ut heres civis ditionis A consequatur



tur prædia ditionis A, heres autem territorii B five nostri civis obtineat prædia territorii B. Hoc enim in casu nihil exportatur; Divisio hæc emptionis vices non habet *l. 34. ff. fam. ercisc.*; Est jam divisio magis permutatio *l. 20. §. 3. ff. eod.*; Qui sic dividunt, jure suo utuntur, nullamque Fisco injuriam faciunt. Aliud est, si extraneus suam hereditatem nostro civi addicat, atque sibi certam stipuletur pecuniam: Sic emptio venditio subest *l. 1. Cod. commun. utr. jud., l. 3. Cod. Com. divid.* Extraneus ita pecuniam exportat, adeoque detractum patitur.

### §. XVII.

Artes illicitæ.

Illicitas dicimus I si quis extraneus hereditatem aut legatum in nominibus consistentia in domicilio defuncti relinquere, & quot annis solos inde redditus, evidandi detractus causa, percipere se velle diceret: Nomina ex objecto mobilia, ex natura sua non destinantur, ut perpetuo maneant, sed pro lubitu exiguntur; æstimantur ex persona creditoris; Nomina tributis aliisque præstationibus in regula non substant; subjacent immobilia, horum igitur possessor fructus non omnino gratis, nominum Dominus autem sine omni omnino onere perciperet, variisque modis infcio Fisco nomen auferre posset. Confer, LEYSER *Spec. 429. med. 5*, MEV. *part. 5. decis. 165*, GAIL. *lib. 2. obs. 124.* responsis rebus ita judicatis pro nobis testantur.

Quid



Quid vero, si nomina aut alia mobilia extra domicilium & defuncti provinciam sint sita? cui jam detractus competit? Pro Domino rei sitae pugnat I in immobilibus jura rei sitae attentuntur, cur in mobilibus eadem non habeant locum? II Res mobiles domino, sub quo reperiuntur, subfunt, & in ejus foro peti debent *l. 38. ff. de jud. l. 3. Cod. ubi in rem actio*, cur in detractu sit aliud? III Si hereditatis petitio in foro rei sitae instituat apud judicem, sub quo mobilia sita sunt *l. un. Cod. ubi de heredit.*, *cap. 3. de foro comp.*, quis cogit judicem, ut juxta alienam non suam legem judicet; Qua ratione poterit lex domicilii defuncti detractum imponere ultra territorium? Ast juris consulti apud **ESBACHIVM** ad **CARPZOV part. 3. constit. 38. def. 19. n. 10.** detractum, quod ad mobilia alibi sita, Principi domicilii ejus, qui obiit, adjudicant, & regula: *Mobilia ubicunque sita censentur juxta legem loci, in quo denatus domicilium habuit*, placet **STRICKIO de Success. ab intest. Dissert. 1. cap. 4. §. 2. 3.**, **BERGERO in oecon. juris pag. 479. n. 6**, **KOPPEN decis. 31. n. 18.** **CARPZOV. part. 3. constit. 12. defn. 14.** Legislator Palatinus argumentis juris romani pro Electoratu suo non ligatur: *cit. tit. §. 3. v. und soll solche Nachsteuer* aperte jubet: „diese liegen gleich wo sie wollen“, detractum fieri bonis quibuscunque, sitis ubicunque. II Peregrinus hereditatem aut legatum sibi delata, quæ scit detractui obnoxia, nostro civi nihil mali etiam suspicanti vendit, ne detractum patiat. Ut ut hic emptor se civem, ideoque à detractu immunem esse clamet, competentem Fisco actionem non elidit: Juxta communissimam Doctorum sententiam com-



petit Fisco, uti propter alia onera publica, ita quoque propter detractum hypotheca tacita, quæ in quemvis possessorem transit. Emptor hereditatis eo jure uti debet, quo venditor, cujus persona fungitur, *l. 5. Cod. de hered. Et ad. vend. l. 54. ff. de reg. jur.* Hæc venditio evidenter in fraudem Fisci facta quo titulo subsistat?

III Civis locuples abitum animo parans, in regione detractum exercente amplissimas possessiones comparat, adeoque fortunas suas illuc transfert, sed ut detractum effugiat, in patria, quam deserere cogitat, tuguriolum aut exfruit, aut emit, atque in eo se permanfurum mentitur ideo, ut res omnes clanculum exportare, discedere, domuncula relicta Fiscum defraudare tutius valeat. Hanc contra fraudem Magistratus exacto jure jurando inventarium omnis substantiæ conficiat, tantumque manere in patria, aut referri jubeat, quantum Fisco debebitur justa æstimatione totius inventarii facta: Qua ratione hoc declinabit nostro in casu civis? Judex id recte decernit, ubi ad indagandum verum advertit esse necessarium.

IV Si heres & legatarius colludant, ita ut palam legatum repudiet, clanculum vero ab herede æstimationem certamque pecuniam, aut chyrographum recipiat. Quis dolum hunc salva justitia vel impunem esse, vel a detractu immunitatem operari propugnabit? Artes & modos recensendo tantum exempla dare voluimus, non restringere jus detractus: Scimus humana ingenia plures posse excogitare fraudis modos.



## §. XVIII.

Fraudes, de quibus egimus, non committunt lege <sup>Quinam sint</sup> vel privilegio juri detractus detracti. I Status Imperii, <sup>immunes?</sup> eorumque ad comitia, negotia collegialia, Imperialium circulatorum conventus Legati, horum viduæ & heredes *Capit. noviss. art. 8. §. 31.* II Omnes Judicium imperiale aulicum vel principaliter vel minus principaliter constituentes personæ, Præses, Consiliarii, intra cancellos publico scribendi munere fungentes, Tabularii, Custodes, cæterique. *Vid. Reichs- & Hofraths-Ordnung tit. 1. §. 9. Capit. noviss. art. 25. §. 6.* III Archi-Dicasterium Imperialis Cameræ, omnesque illius personæ, imo scientiæ practicæ ibidem Studiosi. *Conf. Kammer-Gerichts-Ordnung part. 1. tit. 49.* IV Ubi adhuc vigent *l. 33. §. 7. Cod. de Episcop. & cler., auth. item nulla Cod. eodem, Nov. 131. cap. 12., cap. 7. de immunit. Eccles. in 6to & cit. auth. Ecclesiae.* Huc & referunt Xenodochia, orphanotropha omnemque causam piam. V Si obtineat *Cap. 1. de immunit. Eccles. in 6to & cit. auth. item nulla,* clerici. VI Professores aliaque membra Academica, eorum viduæ & liberi, quousque defunctorum maritorum parentum conditionem non mutant. *l. 6. Cod. de Profess. & Med. COTHMAN respons. acad. 19. & 26.* VII Principum Ministri, Consiliarii. *MEV. part. 7. decis. 28.* Eximia virtus, eruditio, fides, rerum publicarum splendor & fulcrum hac immunitate provocantur: Quo majora populus hisce concedit jura, eo etiam avidius inter cæteros eminentiores officia & dignitates ambiunt.



Quinam in  
Palatinatu?

Quid in Palatinatu? defunctis Parochis obfignantur, & defcribuntur bona mixtim, id est, à Judice ecclesiastico & sæculari illius loci, controversiæ inter Parochorum heredes laicos de fuceffione ortæ a Judice civili deciduntur, fervaturque instantiarum ordo, ac si hereditas non parochi foret. Heredes extranei partem quadragesimam five  $2 \frac{1}{2}$  ex centum florenos, ceu gabellam ærario Electorali solvunt. Vid. *CONSTIT. die 26ta Jan. 1735, die 26ta Martii 1755, die 10ma Maji 1757.* Ministros & Consiliarios quod attinet, docemur ex rescripto clementissimo, simulque justissimo *die 8va August. ann. 1753* dato, quod si illustrissimi Ministri, clarissimi Consiliarii, cæterique officiis publicis donati, ac eorum heredes lineæ five descendentiæ, five transversæ abituri sint in territoria censum emigrationis nescientia, aut nullum detractum ferentia, aut saltem conventionem adversus Palatinos, quæ huic juri renuntiarunt, ab hac detractioe sint immunes; Quod si vero mutatio domicilii aut divitiarum hereditivæ exportatio in Provinciam detractu utentem, nec quæ publico pacto in nos hoc tributum dimisit, fieret, vult Serenissimus pro quolibet casu singulari, atque pro meritis emigrantis, aut defuncti decernere: Possit retortionis jure tantum retinere, quantum retinet, aut detrahit Provincia, in quam fortunæ exportantur, sed indulgentissime vult cedere, merita ubi sunt. Prudentissime profecto ad singularem fidem, ad eximie merendum suos vel singulari hac gratia provocat. Privilegium in die Beati Remigii Confessoris ann. 1386. Professoribus Academiæ nostræ antiquissimæ in Germania clementissime concessum,  
toties



toties auctum, a moderno nostro Imperante clementissimo indulgentissimè confirmatum, ipsoque rei argumento diebus nostris ostensum, libertatem, immunitatem usque adeo heredibus, viduabus, nulla territorii, cui bona inferuntur, habitâ ratione impertitur. Vera, augustissima hæc est liberalitas, quo æquior (sed est justissima) retorsionis ratio, tanto major pulveri scholastico melancholiæ, in exitu philosophanti animæ, docendorum ancillæ Electoralis obtingit gratia. Cæterorum hic non memoratorum probatæ immunitati nihil detrahimus.

### §. XIX.

De ingenuis dictum. Transit Serenissimus Legislator Quæ propriorum hominum conditio? ad homines utriusque sexus proprios. Quam diversa, quam dura aliis in Germaniæ Provinciis sit horum hominum conditio, disquirere nos non adinet. Varia habent nomina; commune apud nos omnibus onus est I quod corporis censum singulis annis præsent, sed perquam exiguum, aut in parte, aut in totâ gallina vel modica obulorum summa consistentem. II Post fata vindicat clementissimus Elector sibi *mortuarium*: Electoralis Camera roma Julii ann. 1737. constituit, ut mortuo homine proprio legitimo parente, heredum habeatur ratio: Si descendentes sint impuberes, ex centum florenis unus & medius, ubi sunt puberes aut adoleverunt, duo floreni, dum ascendentes soli, duo floreni & quindecim crucigeri, solis autem collateralibus succedentibus ex centum tres floreni mortuarii loco capiantur. En sanguinis proprii Palatini



latini clementissimam conditionem! Si fœmella uxor moriatur, pro medietate tantum præstatur mortuarium, vid. *CONSTIT. 8va Maji 1754.* & quoniam parentes inter vivos sua filio tradentes nihil amplius sibi acquirunt; Ex reservato vivunt, patrimonii intuitu civiliter moriuntur, mortuarium statim determinatur. Placuit ita teste rescripto *die 21ma Febr. 1750.* Ast & propria ingenia fraudes quandoque inveniunt; Abusus Augustalis clementiæ variorum codicillorum fœcunda sunt mater: I Ne Palatinorum in pagis servilia hæcce ingenia non tollerantibus servi hujus generis, nisi prius sint manumissi, recipiantur, constitutum est *20ma 9bris 1761.* II Proprii ex locis vogtaicis tractus Dilsbergensis domicilium in Centena Kirchheim vigentes corporis censum, aliaque ex hac servitute debita non solvunt, quia vero non nulli hoc ipso se omnino liberatos putabant, ad tempus civitatem in loco dictæ centenæ adierunt, redituri sublata ea conditione, edictum *10ma Aprilis ann. 1663.*, repetitum *11ma 9bris 1675*, ac ad centenam Meckesheimensem *die 13tia 10bris ann. 1700* extensum jubet, ut, si redeant in vogtaicam Jurisdictionem, servitutem priorem subirent. III Sat multi se cives mansuros jactitabant, ut facilius manumissionis beneficium impetrarent. Contra hos prodiit Principale placitum *die 27ma Jul. ann. 1697.* jubens, hoc modo manumissi, si post modicum aliquod tempus Palatinatum deserere constituant, hoc ipso in priorem ut redigantur conditionem. IV Non minus alii, libertate nondum impetrata, ut planiorem ejus obtinendæ viam sibi sternerent, sua vendiderunt, receptaque pecunia,

cum



cum mora libertati fieret, clanculum & furtive abierunt, aut abire cogitarunt. Unde *ORDINAT. die 9na Junii ann. 1741.* confiscationem bonorum sine venia alienatorum statuit. Eadem poena manet illos sive jugatos, sive cœlibes, qui inscio aut invito domino abeunt. Confer. *CONSTIT. 15ta Decembris 1753., 20ma Aprilis 1756.* Quid autem si subit cum Domino Pagi, in quem migrant, conventio? v. g. Ludovicus Elector cum Joanne Philippo nobili de <sup>Helm</sup>stätt Comite stabuli sui, ex nostra Rheni parte proprios homines non modo commutavit præsentés, sed insuper pactum exprimit, ut proprii Palatini in Jurisdictionem illustris de Helmstatt comigrantes ejusdem sint servi, & vice versa ut proprii ex Jurisdictione illustris de Helmstatt in territorium Palatinum domicilium transferentes Palatini sint servi vid. *INSTR. pacti die 2da Aprilis ann. 1582.* confecti? R. Conventio est servanda. Id minus dubii patitur, hocce proprios impetrata etiam venia abituros censum emigrationis præstare oportere. Vid. *RECESS. IMP. ann. 1555. §. Wo aber unsere, auch der Churfürsten 2c.* Quid vero, ubi pretio manumissionis soluto jure justamque libertatem adepti domicilium, & fortunas evehunt in ditionem, ex qua integer ad nos est aditus? R. Libertini sunt; libere & sine diminutionis periculo illuc abibunt, liberorum cæterorum jure gaudentes.



## §. XX.

Judæos jus allemanicum cap. 76. vocat: des Reichs Knechte, des Römischen Königs zu eigen gegebene. Fridericus II. Imperator in charta ann. 1237. pro Viennensibus apud PETR. LAMBECIUM *lib. 2. Biblioth. caesar. cap. 5.* ita loquitur: "Cum imperialis auctoritas à priscis „ temporibus, ad perpetuam Judaici sceleris ultionem „ Judæis induxerit servitutem. „ Carolus IV apud LIMNAEUM *tom. 1. addit. ad Lib. 7. cap. 5.* Ita: "Alle Juden „ den gehören mit Leib, und mit Gut unser Kammer „ und seynd in unser Gewalt und Hände, daß wir mit „ unser Mächtigkeit damit thun und lassen mögen, was „ wir wollen. „ RABANUS MAURUS in epistola adversus Judæos ann. 846. scripta apud CHIFLET *script. vet. de fid. cathol.*, AGOBARDUS *lib. de insolent. Judaeorum tom. 1. oper. pag. 61.* nos docent, Judæos sub Francorum Imperio servos, annuo capitum censu, & quidem juxta capitulare Caroli Calvi ann. 877. apud BALUZ. *tom. 2. col. 268.* decima parte omnis negotiationis fuisse oneratos, cæterisque propriis hominibus adscriptos. Judæi ceu servi donabantur Ecclesiis. Idem jus continuarunt Imperatores Teutonici. Vid. AYER, *de jure recipiendi Judæos cap. 3. §. 2. & 5.*, LEUBER *Magdeburgische Stoppel Unfug n. 1191. 1613.* DITMAR. MERSEBURG. *lib. 3. 6. annal.* Archi-Principes jus recipiendi Judæos jam ante annum 1156. habuisse probabile est. I Imperator Fridericus I. diplomate Ratisbonnæ XV. Kalend. 8bris 1156. dato post Electores gentem Aufriacam Palatinis Archi-Duci-



Ducibus adcenſet, jus recipiendi Judæos concedit: „Et  
 „ potest in terris ſuis omnibus tenere Judæos, & uſuarios  
 „ publicos, quos vulgus vocat GAWERTSCHIN, ſine Im-  
 „ perii moleſtia & offeſſa. „ Si licuit hoc principi eo  
 tempore poſt Archi-Duces Electores collocando, Archi-  
 Ducibus comparato ſolum, cur non Primatibus antea  
 competierit? II Duces Baviariæ teſte HUND. *Metrop. Sa-  
 lisburg. tom. 1. pag. 144.* Judæos longiſſimo tempore  
 ſibi ſubjectos & protectionis nomine quot annis penſitatio-  
 num debitores habuerunt. III AUREA BULLA cap. 9.  
 §. 2. 3. Electoribus hoc jus *ex antiqua, laudabili & ap-  
 probatâ conſuetudine, diurnique, ac longiſſimi temporis cur-  
 ſu præſcripta* adtribuit. Hodie ſaltem non ambigendum,  
 regale hoc territoriali ſuperioritati ineſſe, adeoque libe-  
 rum, ac integrum eſſe Principi hoſce ſervos recipere, aut  
 ex juſta cauſa arcere.

In Electoratu noſtro quilibet in tutelam receptus Pa-  
 ter familias annis ſingulis 30 florenos in tutelæ recogni-  
 tionem ſolvit, ſi excipiantur prædia ruſtica, acquirere  
 eidem licet, quolibet honeſto titulo. Uſuræ poſitus eſt  
 modus: Sors 25 florenos Rhenanos ſi non adæquet, nec  
 pignus, aliave ſecuritas, nec cambium ſublit, decima  
 pars fortis uſuræ loco toleratur. Ubi ſors quinquaginta  
 florenos non excedit, nudaque debitoris fide perſonali ſit  
 nixa, licent beſſales uſuræ. Si quantitas credita centum,  
 aut quemcunque ulteriorem florenorum numerum dato  
 ſolum chyrographo contineat, ſeptunces Judæis con-  
 ni-ventur. Conſtituta dum eſt ſecuritas, ſolæ Imperiales



nempe quincunces indulgentur. Si dies venit, nullaque fiat novatio, intra annum agere sub jactura actionis hic servus jubetur, audiendus tantum post annum, si creditum, dempto chyrographo, libroque mercario, germanica etiam in lingua conscripto, aliis juridicis probationibus ostendere valeat. A Christianis famulantibus, liberis, studentibus, adultis etiam filiis, filiabus, vestimenta, aliaque mobilia sub pœna, ærisque dati jactura, vel emere, vel pignoris loco accipere, vel arma, libros, Icones, picturas, res ecclesiasticas, furtivas, scienter alienas recipere, exportare sub pœna facto debita vetantur, mortuos etiam extra territorium sepultum ducere possunt, modo id judici significent, & pro quantitate facultatum defuncti 10, 20, aut plures imperiales Electorali ærario inferant. Proles in tutelam suscepta contractis nuptiis per annum adhuc in victu, & hospitio permanere potest. Primogenitus patris 600 florenos, secundo genitus 1500, extraneus Judæam Palatinam contubernalem ambiens duo florenorum millia, contubernalet extranei quater mille florenos se habere probent, alias non recipiuntur, aut si fraus fiat, antistites obligantur. Pro hisce beneficiis, duplici Synagoga privato exercitio, ac jure habendi Rabinum, duosque inferiores judaismus ruralis annuos 2400 florenos, vigintique imperiales solvit. Ab hospitaturâ militum ipsa liberatur quidem, sed Christianis subditis justum præstat, non minus incolatus sui communis commodo gaudens ad universitatis onera confert. Sed an non ætas nuptiis definita? *CONCESSIO NOVISSIMA 21ma gbris 1765.* ætatem non exprimit, sed nec

jus



jus præcedens aperte abrogat: *Die 17ma Martii 1741.* a celsissimo Regimine constitutum est, ut mas post 24, foemina post 21 ætatis annum contubernium inire possit, manet hujus juris certitudo, donec aliud certo ostendatur, gratiaque fiat.

Emigraturus I veniam a celsissimo Regimine humiliter petat. II Non modo pro tempore præstito debitam, sed adhuc insuper annuam tuitionis habitæ cognitionem solvat: alibi anticipato solvunt, non hic. III Quid quid exportat, prius à Rabino, præsentè satrapiali commissario conscribatur, ut gabella emigrationis justa, & sine fraude capiatur. Doti quoque, & donationi propter nuptias exportandis eadem ponitur regula. Pleraque in nova hac concessione non sunt nova, sed jus in constitutionibus *28va August. ann. 1717, 29va Maji ann. 1737, 10ma Junii 1738, 28va Julii 1739.* explicatum, ut adeo gens hæc ob duritiem cordis servituti debita, quo valet cultu, venerari debeat Electorem nostrum longè clementissimum.

Tu vero Sanctissima Trias libro dierum vitæ nostræ detrahe, quas admisimus culpas, ne hanc delatam nobis titulo peccati primorum parentum hereditatem hoc ex sæculo exportemus, pensum piacularibus solvamus flammis, sed poenitentes & liberi ad te emigrare valeamus.



A.

Friederich Pfalz-Graf bey Rhein von Gottes  
Gnaden Erz-Truchseß und Churfürst.

Liebe Getreue!

Es begiebt sich oftmals, wie wir in der That erfahren, daß, wann irgend von frembden und ausländischen, auch benachbarten ein stattliches unter Uns ererbt wird, und Uns die Nachsteuer davon gebühret, alsdann erst von derselben Obrigkeit, welches sonst wohl unterlassen worden wäre, sich erbotten wird, dergleichen Nachsteuer halb mit Uns ein freien Zug zu halten, und dessen sich nach Anleitung unser Landsverordnung zu vergleichen, mit Bitt dießseits damit alsbald den Anfang zu machen, daraufhin wohl alsbald uff solches schlecht erbiethen willfabret wird, welches aber ausdrücklich unser Lands-Ordnung zuwieder, darinn lauter und Clärlich verordnet, daß alsdann gegen solch die Nachsteuer mit einzuhoben, wann sich befindet, daß bereits ein Vergleichung vorgangen, und solche beiderseits bekräftigt, auch von solchen Obrigkeiten den unsrigen ein nichts dergleichen abgenommen worden.

Damit dann solcher Fehler Uns zum Nachtheil nicht mehr begangen, als überschicken Wir euch hiemit ein Verzeichnis aller derjenigen, mit den wir allbereith



bereith der Nachsteuer halben in Vergleichung stehen, die auch schon dergestalt in esse kommen, und befehlen darneben, gegen solche allein die Nachsteuer schwinden zu lassen, von den übrigen aber allen solche ohnmachlässig und ohngehindert, was sich deswegen erbotten werden möcht, einzuziehen, mit Anzeig, da sie in künftigen Fällen mit uns verglichen zu seyn beehrten, daß sie solches bey uns suchen und erlangen mögten, welches Wir nicht allein uf obbemelte Außländische und benachbarte, denen hinter uns ein Erbfall zustehet, sondern auch unsern Unterthanen, welche sich hinter obbegeannte Obrigkeiten, die mit Uns bis noch unverglichen, zu begeben Vorhabens, verstanden haben wollen. — —  
Heidelberg den 16ten Octobris 1600.

## Verzeichnuß

mit welchen Churfalz sich wegen der Nachsteuer  
verglichen hat.

Erstlich mit dem Erzbischof zu Mainz. Es wollen Mainz, aber Ihro Churfürstliche Gnaden die mit Deroselbigen getroffenen Vergleichung nicht verstehen oder gelten lassen in den Orten, so Pfalz mit andern in Gemeinschaft hat, und da Sie nicht Herr ist.

Zum andern mit der Unterösterreichischen Regie:  
rung und Herrschaft Hohenberg.

Unteröster-  
reichische Res-  
gierung.

Zum



- Sachsen. Zum dritten mit der Chur-Sachsen.
- Württemberg. Zum vierten mit dem Herzogen von Württemberg als auch Grafenschaft Mumpelgart, und seithero ferner erkaufften Nemter, Einsichheim und Wardelsheim wegen.
- Simmern. Zum fünften ist ein General-Befehl ausgegangen, daß zwischen Churfürstlicher Pfalz und des Fürstenthumb Simmern angehörigen Unterthanen ein freier Zug seyn soll.
- Erbach und  
Leiningen-  
Westerburg. Zum sechsten hat Pfalz angeregter Nachsteuer wegen sich verglichen mit den Grafen zu Erbach, wie auch gleichergestalt mit denen Grafen zu Leiningen-Westerburg.
- Strassburg. Zum siebenden mit der Stadt Strassburg wegen Stifts Sels, Stadt Heidelberg, und Weinheimb.
- Hagenau. Zum achten mit der Stadt Hagenau.
- Hirschhorn. Zum Neunten mit den Edlen von Hirschhorn.
- Grafen zu  
Nassau. Zum zehenden uff ein Vergleichung des freyen Zugs zwischen Churfürstlicher Pfalz und dem Grafen zu Nassau soviel das Ambt Allzey und die beede Nassauische Nemter Kirchen und Stauff, auch andere Nassauische Flecken und Dörffer belangt, außserhalb der Dörffer, so mit dem Bischoff zu Wormbs in Gemeinschaft haben.
- Gemmingen. Zum elften mit den Edlen von Gemmingen.

Zum



Zum zwölften mit der Stadt Wormbs, daß man Wormbs.  
bis auf fernere Vergleichung hinc inde nur den 20sten  
Pfennig soll nehmen.

Zum dreyzehenden mit denen von Anthau. Anthau.

Zum vierzehenden mit denen Grafen von Eberstein Grafen von  
zwischen Pfalz Unterthanen im Amt Bretten und de- Eberstein.  
nen Obersteinischen Unterthanen zu Gochheim.

Zum fünfzehenden mit der Landvogtey Hagenau. Landvogtey  
Hagenau.

Signatm den 16ten gbris 1600.

## B.

Johannes Pfalzgraf bey Rhein von Gottes  
Gnaden des Churfürstenthumb, der Graffschaft  
bey Rhein Stadthalter.

Nachdeme man sich puncto der Nachsteuer mit der  
Teutschen Ordens Statt Neckarsulm ausführlich referir-  
ren lassen, und befunden, daß der mit dem teutschen  
Orden in anno 1613. der Freyzügigkeit halber geschlosse-  
ne Tractat in gedachter Stadt niemahlen ad usum ge-  
bracht, sondern nach wie vorgemeltem Tractat die von  
daraus in Churpfalz ziehende, oder sonsten dahin etwas  
verbringende zu Erlegung des zehenden Pfennings an-  
gehalten worden; Als wird dem Oberamt Hendenberg  
es mit dem Befehl wissend gemacht, umb — — — ge-

E

gen



gen mehr besagte Stadt Neckersulm das reciprocum zu beobachten. Mannheim den 26ten August 1740.

## C.

Demnach man sich in dem des freyen Zug der Nachsteuer halben mit denen von Gemmingen fůrgangenen Acten befindet, daß, ob man wohl Pfalz theils in unterschiedlichen Nembttern bishero die Ab- wieder ermelte von Gemmingen ziehende Persohnen frey, und ohne Abforderung der Nachsteuer von ihrer Nahrung ziehen lassen, doch auf Gemmingischer Seiten solches mehrentheils nit practiciret worden, wann dann hierdurch der Pfalz Nachtheil zuwachset, und es am richtigsten ist, daß man beider — — — die Nachsteuer einziehe. — — — Werdet also in eurem anbefohlenen Umbt solches in Acht zu haben, und keinen hinführo weder die von Gemmingen ohne Entrichter der Nachsteuer abziehen lassen. — — — Datum — 3 — Novembr. 1620.





## P O S I T I O N E S.

## I.

*A*ctibus futuris *lex fertur* est regula. Sed nunquid patitur exceptionem?

## II.

Cohabitante marito proles legitima censetur, licet mater aut sit confessa, aut etiam de adulterio convicta, non tamen cum communi præsumptionem juris & de jure describo.

## III.

Jus canonicum sexto ætatis anno admitteret matrimonium, incontinentiæ remedio ubi opus foret, non obstante præsumptione generali; cur non valeant præcedentia hoc matrimonium sponsalia.

## IV.

Deflorentem sub ficta matrimonii promissione ad id præcise obligatum, nec textus juris, nec convincens ratio probat.

## V.

Actus per metum injustum gravem, aut dolum contractantis substantialem elicitos, etiam juramento vallatos, si dixeris nullos, consentio. Si dixeris validos, meo in sensu non dissentio.



## VI.

Nec tertius b. f. possessor rem furtivam, contra præsentem & indies videntem rem furto sibi ablatam ordinaria, præscriptione si adquirat; cur juxta *L. 3. cod. de his, quæ vi metuve* b. f. possessor fundi ab autore per metum extorti longæ possessionis præscriptione munitus est?

## VII.

Clericus actor coram iudice sæculari reconventioni respondere debet.

## VIII.

Heredi in bona fide existenti, præscriptionem à se inchoanti peccatum defuncti ex ratione juris canonici non obstat, quemadmodum

## IX.

Venditoris mala fides non obest bona fide ementi.

## X.

Nec m. f. superveniens tollit actionem publicianam.

## XI.

Præscriptioni acquisitivæ vel inchoandæ vel terminandæ practicum non speculativum obest dubium.

## XII.



## XII.

Ubi filet jus civile, sequimur canonicum; ergo creditor legitimæ heres institutus, fideicommissio universali oneratus, & creditum retinet & Trebellianicam deducit.

## XIII.

Pacta successoria ante jus romanum receptum erant valida, ergo & sunt post hujus receptionem. Unde

## XIV

Infero: in Germania subsistit pactum heredem inter & testatorem de non mutando testamento.

## XV.

Renuntians hereditati, hoc ipso non renuntiavit legitimæ.

## XVI.

Unio prolium suo ex conceptu testamentum non excludit.

## XVII.

Præscindendo à lege provinciali, ob alias in *Nov. 115. cap. 3.* non memoratas causas, exhereditatio non procedit.

## XVIII.

Jure exhereditati nec augent, nec minuunt legitimam.



## XIX.

*B. f. possessor fructus consumptos, quatenus ditior est factus, restituere tenetur* propositio est toties disputata. Saltem *L. 4. §. 2. ff. fin. regund.* negantibus non favet.

## XX.

Minus ex hac obligatione inferitur, petitionem hereditatis esse actionem mixtam.

## XXI.

Jus prælationis Domino emphyteuseos in sola competit venditione.

## XXII.

Pars deterior totam Emphyteusin notabiliter non deprecians caducitatis totius non est causa.

## XXIII.

Et testator cautionem inusu fructu valet remittere,

## XXIV.

Lex Aquilia non destruit regulas præstandæ in contractibus culpæ; ergo ubi natura contractus à gradu culpæ excusat, non est locus actioni Aquilianæ.

## XXV.



## XXV.

Correalis obligatio in dubio non præsumitur, ergo fidejuben-  
s cum fœmina in solidum non tenetur.

## XXVI.

Neque in dubio quis defectum, aut naturalem, aut lega-  
lem fidejubendo in se recepisse præsumitur; ergo absolutis mu-  
liere, minore fidejussor non tenetur.

## XXVII.

Licet focius in societate particulari lucrum cum damno  
culpa dato non compenset, compensat tamen negotiorum gestor.

## XXVIII.

Ubi deficit vel lex, vel consuetudo, & deficit retractus  
libertati commerciorum molestissimus.

## XXIX.

Instrumentum mutui pecuniarii lapso biennio numeratæ  
pecuniæ præsumptionem habet, ergo admittit probationem  
contrarii.

## XXX.

Furi advenæ ignorantia pœnæ in loco delicti determinatæ  
non prodest.

## XXXI.



## XXXI.

Antiqua patria potestas cessat; unde probabile est, de adventitio irregulari filium posse testari.

## XXXII.

Testamentum reciprocum ab una parte Jugi, sciente altera revocatum, non præsumitur quoque ab hac revocatum.

## XXXIII.

Substitutus filiosam. Ab extraneo heredi instituto & repudiante præfertur patri.

## XXXIV.

Non omnis voluntas substituens demit institutis jus accrescendi; interroganti itaque dicam, quando vel juris accrescendi, vel substitutionis sit potior ratio.

## XXXV.

Substitutio pupillaris expressa, ubi de alia testantis mente non constat, continet tacite vulgarem, & vice versa; cur non in vulgari casus impotentiae expressus contineat tacite alterum.

## XXXVI.

Et in rationem historicam, & juris analogiam impingit substitutum pupillariter matrem excludere adfirmans.

## XXXVII.



## XXXVII.

Vel Tautologia est in conjunctione verbali tantum, vel verbis verè tantum conjuncti carent jure accrescendi.

## XXXVIII.

Nemo in dubio est liberalis præsumendus; ergo uni, aut quibusdam integra legata solvens, aliis falcidix partem non remittit.

## XXXIX.

Quid autem si testator integra legata solvere heredem jufferit? cessat falcidia.

## XL.

Si heredi non onerato accedat onerati portio, hic utitur Scto Trebell. non vero si portio non onerati accrescat onerato.

## XLI.

In dubio favendum heredi, ergo legatarius non conjunctus testatori probet, legantem scivisse, rem esse alienam, aut oppignoratam.

## XLII.

Omne debitum ab initio est voluntarium, ergo debitor in dubio non præsumitur compensandi animo legasse.



## XLIII.

Quibus in casibus hodie necessaria sit bonorum possessio, quærenti exponam.

## XLIV.

Filium sumptus Studiorum bene impenfos debere conferre, nunquam evincitur.

## XLV.

Regulas successione des - as - cendentium, lateralium interrogatus proferam.

## XLVI.

Quid sibi velint in donatione omnium bonorum quorundam reservationem ad testamenti facultatem exigentes non capio.

## XLVII.

Donatio notabilis non existente filio facta, per existentiam filii fit revocabilis; ergo & donatio filio existente facta per supernatos plures fit revocabilis.

## XLVIII.

Nulla est hæc argumentatio: testamentum posthumi ruptum convalescit jure prætorio, rumpente ante testatorem decedente; ergo & donatio supernato filio facta revocabilis, convalescit, nato ante donatorem moriente.

## XLIX.



## XLIX.

Quo ordine quivis creditor in concursu veniat interrogatus suppeditabo.

## PALATINAE.

## L.

Quo casu litigans ceu temerarius in expensas damnatur, advocatus quoque multa fiscali est excipiendus. *Rescript. 17. Maji 1743.*

## LI.

ORDINAT. JUD. IMPER. AUL. tit. 4. §. 9. causæ pauperum, viduarum, pupillorum ante alias decidi debent. Jubet nos idem *rescript. 28. Novembr. 1735.*

## LII.

Operarii pendente concursu operantes, tignum credentes, aliis omnibus præferuntur, *rescript. 3. Julii 1727.*

## LIII.

Immobilia ex pecunia ab uxore profecta stante Thoro empta uxoris sunt: pro illatis habentur. *Rescript. 5ta Novembris 1731.*





PATENT

Wir, der Kaiserliche Prinz-Bischof zu Halberstadt, haben...

Gegeben zu Halberstadt den 15ten Junii 1784...

Gelesen und bestätigt in der öffentlichen Sitzung...

Gelesen und bestätigt in der öffentlichen Sitzung...

Gelesen und bestätigt in der öffentlichen Sitzung...

UNIVERSITÄT  
SACHSEN-ANHALT













Heidelberg, Diss., 1739/93









DISSERTATIO  
JURIDICO-ORDINARIA

AD

THEM IN CONSTITUT. PROVINCIAL.

PALATINAE

DE

TRACTATUS

QUAM

LECTIS POSITIONIBUS

DIVINO NUMINE

IN

SIMA ELECTORALI PALATINA

HEIDELBERGENSI

PRAESIDE

DOÆO MÜLLER, J. U. D.

POTENTISSIMI ELECTORIS

REGIMINIS CONSILIARIO,

UNIVERSITATIS PANDECTARUM

PROFESSORE PUBLICO, ET ORDINARIO

AMICIS DISPUTANDAM SUBMITTIT

BENEDICTUS FRIDERICUS ALBERTUS MIEG

PALATINO-HEIDELBERGENSIS

IN

AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI

ADDIEM 28 JULII ANNO R. S. MDCCLXXIV.

MANNHEMII, TYPIS ACADEMICIS.

KONFRIED  
UNIVERS